

Datum in castro nostro Wardhbærgh. Anno domini M. CCC. XXX sexto. die marcelli Pape et martyris.

Sigillet har varit frånfallet.

3187.

1336 d. 18 Jan.

Warberg.

Konung MAGNUS förordnar, att alla Finvedens invånare, som ännu ej erlagt innevarande års laga gårdar, skola, på anmaning af Hr Göstaf Niclisson eller hans bud, erlägga dem samt fortstålla dem till Warberg.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

MAGNUS dei gracia rex swechie scanie et norwegie, Omnibus finuidiam in habitatibus. gratiam et salutem. Volumus et sub optentu graciae nostre firmiter precipiendo mandamus, quatinus singuli vestrum cum exhibicionibus nostris ordinariis dictis laghævtgerdhe de fructu anni huius adhuc residentes easdem integraliter soluant et deferant. sicut quando et quo. per dilectum nobis. dominum gøzstauum niclisson vel suum certum mandatum. fuerint requisiti, cuius eciam requisicioni super expensis nostris vsque ad castrum nostrum. wardbyergh. jsta vice deferendis. per singulos vestrum quos requirendos duxerit. sine reclamacione qualibet precipimus obediri. Scriptum jbidem, Anno domini Millesimo CCC° XXX° sexto, die beate prisce virginis.

Ett fragment af kongl. dubbelsigillet på en ur brefvet klippt remsa.

3188.

1336 d. 28 Jan.

Warberg.

NILS GETING erkänner, att han för sina brott till Hr Göstaf Niclisson erlagt 400 mark penningar, hvaröfver han eller hans anhöriga icke äga att väcka klander.

Peringskölds afskr. Bref, Miscellanea, »ex orig.» \*)

Omnibus presens Scriptum cernentibus NICHOLAUS GETINGH Salutem in Domino sempiternam. Recognosco per presentes me viro nobili et honesto Domino Gozstauo Niclisson CCCC. marchas denariorum, pro veris ac rectis fractis et factis meis contulisse, vera fide promittens, quod ego vel aliquis heredum, cognato[r]um seu amicorum meorum, nulla[m] querimonia[m] nunquam contra dictum Dominum Gozstauum excitet, ex actis supradictis. In cuius rei testimonium Sigilla nobilium virorum, videlicet Petri Lindormsson, Tithikini Hornfisk, Hiarnici et Sunonis, vna cum Sigillo meo presentibus sunt appensa. Scriptum in Castro Wardbiærgh Anno Domini M CCC XXXVI. Dominica ante purificationem beate virginis.

\*) I Utgifvarens samlingar förvaras en lika lydande afskrift från PERINGSKÖLDS tid.